MONUMENTA
GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archivi. II, 6, a.
(Registrum episcopi Lubicensis)

ne ſedit annos IIII. menſes X. dies XVIII. ſepultus eſt
in baſilica beati petri apoſtoli.

Johannes III. natione romanus ex patre anaſtaſio.
ſedit annos XII. menſes XI. dies XXVI. Fuit tempore
iuſtiniani et narſetis patricii. et in baſilica beati
Petri ſepultus eſt.

Benedictus .I. natione romanus ex patre bonifa-
cio. ſedit annos IIII. menſem I. dies XXVIII. Fuit
tempore iuſtini minoris. et ſepultus eſt in baſilica
beati (apoſtoli) petri in ſecretario. — Juſtinus minor

Pelagius II. natione romanus ex patre vigilio.
ſedit annos X. menſes II. dies X. Fuit tempore
tyberii auguſti. et ſepultus eſt ad beatum pe-
trum apoſtolum. Hic domum ſuam xenodo- — Tiberius
chium pauperum ſenum fecit.

Gregorius .I. natione romanus ex patre Gor-
diano ſedit annos XIII. menſes VI. dies X. Fuit
tempore Mauricii et ſepultus eſt in baſilica be- — Mauricius
ati petri ante ſecretarium. Hic domum
ſuam conſtituit monaſterium et miſit Melli-
tum et auguſtinum et iohannem et alios
cum eis monachos praedicare chriſtum genti
anglorum. et auxit in canone diesque noſtros
in tua pace diſpone. Fecit et ~~ceteraum~~ conſtituit[x] ſuper
corpus beati petri miſſas celebrare. ſimiliter
et in eccleſia beati pauli

x) c:

Fabianus natione tuſcus ex patre bono. ſedit
annum I. menſes V. dies VIIII. et ſepultus eſt in
baſilica beati petri apoſtoli.

Bonifacius. III. natione romanus ex patre io-
hanne ſedit menſes VIII. dies XXII. Fuit tempore — Focas
Focae et ſepultus eſt apud beatum petrum apoſtolum

Bonifacius. IIII. natione Marſus ex patre io-
hanne ſedit annos VI. menſes VIII. dies XIII. Fuit
tempore Focae. A quo quidem optinuit, ut

* Vgl. Transl. S. Hugi SS. IV, p. 425

Sintpertus iſte a Karolo
rege Francorum,
immo divinitus
Auguſtae pontifex de-
ſtinatus, angelicam
vitam inter homines
duxiſſe creberri-
mis ſignorum atte-
ſtationibus proba-
tur. Siquidem diver-
ſis incommoditatibus corporis
laborantes frequen-
ter per viſum am-
moniti ſaepe etiam
ſpiritu eos illuc
ducente ſanitati
integerrime re-
ſtituuntur. Inde
eſt, quod cerei et
luminaria pene
plura ab infirmis
ibidem accenduntur
quam in toto illo
monaſterio. Tri-
ginta annis rexit
eccleſiam Auguſten-
ſem. et eccleſiam
S. Afrae ac
alias eccleſias
reparavit, quae

Johannes.
110.us Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quandoque in
episcopum ordinatus et postmodum
papa effectus, ipsum defunctum in-
tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi pontificum indutum veste
laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.